MANCIPIUM
EX
MAHOMETANO
MARIANUM
DRAMA,
Cùm
Reverendiſſ. ac Illuſtriſs.
DOMINUS DOMINUS
CAROLUS ALOYSIUS
S. R. I.
Comes de Königsegg, & Rottenfels,
D. in Aulendorff, Stauffen, Ebenvveiler, &
Wald. Cathedr. Eccleſ. Metropol. Colonienſ.
Canonicus, SS. Theol. Baccal. ac Studioſ.
& SS. Can. Cand.
Secundùm
PRÆFECTUS
MAJORIS CONGREGATIONIS
ACADEMICÆ
B. V. MARIÆ
AB ANGELO SALUTATÆ
Promulgaretur Dilingæ
Menſe Decembri 1748.

FORMIS BENCARDIANIS.

ARGUMENTUM.

EQuidem humile quid, & excelſis animis indignum prima præſefert fronte Nomen Mancipii: ſed eximiam quandam dignitatem & gratiam illi conciliat adjecta vox *Marianum*. Et tali dignitate illuſtre Mancipium dignum Mariano Dramate viſum eſt Argumentum. Mahometanum quendam Juvenem (Selimum dicimus) ſortis ſiniſtræ caſus, procul patriâ abſtractum, Illuſtris in Luſitania Viri ſervitio mancipaverat. In hoc cùm indolem ingenuam, atque à gentis ſuæ vitiis alienam Hero probâſſet, ita illius ſibi conciliavit affectum, ut multis ab eo favoribus, ceu filius, domi foveretur. Unum, quod in Juvene diſplicebat, erat ſectæ Mahometicæ labes. Hanc ut ſacro fonte elueret, cùm fruſtra incitâſſet Herus, aliquando illi negotium commiſit aræ Divæ Virginis floribus ornandæ: eo conſilio, ut piis inde conceptis ſenſibus, ſenſim religionis Chriſtianæ ſacris afficeretur. Et ſanè tenue officium, à Mahometano ſibi præſtitum, ita probavit Divina Mater, ut illum ſuo patrocinio ex Mahometanæ legis ſervitute in libertatem Filiorum DEI transtulerit, felici commutatione factum mancipium ex Mahometano Marianum. *Ita P. Paulus Barry. in Paradiſ. Hagioph. Cætera Actioni ſpectandæ Poëſis addit.*

MUSICA INTERCALARIS

Celebrabit Divinam Matrem Terrâ, marique Auxiliatricem: quod quidem qui in ſenſu proprio accipiet, à vero non aberrabit; propiùs verò ad noſtram accedet mentem, qui ſub ſchemate Maris aut naufragii pericula Mundi, nomine verò Latronum inſidias orci intelliget.

ACTORES.

Prænob. ac Doctiſſ. D. Aloyſius Hoſemann, SS. Theol. & SS. Can. Stud. *Mendoza, Nobilis Luſitanus.*

Ornatiſſ. ac Doctiſſ. D. Bernardus Narciſſus Anhalt, SS. Theol. & SS. Can. Studioſ. *Alphonſus, Mendozæ familiaris.*

Ornatiſſ. ac Doctiſſ. D. Franc. Xav. Molitor, SS. Theol. & SS. Can. Stud. *Muſtapha, Mahometanus Legatus.*

Nob. ac Perdoct. D. Franc. Joſ. Rüehl, A A. L L. & Phil. Baccal. ac Studioſ. *Bajazeth, Captivus Mendozæ.*

Nob. ac Perdoct. D. Franc. Xav. Joann. Nep. Schmid, A A. L L. & Phil. Baccal. ac Studioſ. *Rodericus, Mendozæ Filius.*

Ornat.

Ornat. ac Erud. D. Ignatius Schmidpetter, Log. Stud. *Selimus Nobilis Mahometanus, Mendoza captivus.*

Modulos Muſicos adornavit

Plur. Rev. Religioſiſſ. ac Clariſſ. D. P. Isfridus Kayſer, Imperial. Exempt. ac Celeberrimæ Canoniæ Marchtallenſis Ord. Præmonſtr. Can. Cap. Concionator & Cellarius.

Perſonæ Muſicæ.

Ignatius Knechtle, Synt. Maj. *Dux Latronum.*
Franc. Xav. Kiecher, Gramm. *Adonius, Emiſſarius Latronum.*
Joannes Michaël Schermer, Gramm. *Viator.*
Joſephus Böſsinger, Gramm. *Achates, ſive Amor Marianus.*

Chorus Naufragantium, & Latronum.

O. A. M. D. D. V. H. & G.